



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

5ta Visitatio. Christus instituit Eucharist. Sacramentum tanquam
memoriale passionis ac mortis suæ respectu nostri & æterni Patris in
bonum nostrum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

sta Visitatio.

Christus instituit Eucharist. Sacramentum tanquam memoriale passionis ac mortis sue respectu nostri & aeterni Patris in bonum nostrum.

Domine JESU, cum nullum potentius contra peccata & tentationes sit remedium, quam memoria & cultus continuus passionis ac mortis tuæ, nullumque potentius ad Patrem tuum æternum nobis conciliandum Sacrificium quam incruentum illud tuum, quod per manus Sacerdotis offertur, in cujus odoris suavitate sibi maximè complacet. Ego cum Ecclesia in unione omnium meritorum ejus dico: *Deus qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tue memoriam reliquisti, tribue quesumus ita nos corporis & sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tue fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis & regnas &c.*

sta Visitatio.

Christus in Sacramento se nobis dat in pignus aeterna glorie.

Domine JESU, postquam sanguine tuo nobis emisisti cælum, & morte tuâ invenisti claves regni cælorum, ejus velut arrham nobis reliquisti corpus & sanguinem tuum in Eucharistia. Hic das te nobis sub specie panis & vini velatum, in signum, quod in cælo te facie ad faciem perfruemur. Et de hoc eò magis certificamur, quia nos cibando corpore & sanguine tuo